Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quemq̃ uetus aduersarius, et hostis antiquus acræ formi,
dinis horrore circumuolat, et sensum mentis humanæ
stupore defigit, ac terrore conturbat, et metu trepidi timo,
ris exagitat. Repelle domine uirtutem diaboli, et fallaces
eius insidias, procul impius temptator effugiat: sicq̃ nomi,
nis tui signo signata hæc tua famula .N. et animo tuta
et corpore, tu pectoris eius interna custodias uiscera, cor
confirmes, ut omnia aduersariæ potestatis temptamenta
euanescant. Da igitur ad hanc inuocationem nominis
tui gratiam, ut qui hucusq̃ terrebat, territus abeat et
uictus, tibiq̃ mereatur hæc famula tua .N. corde firma,
to, et mente sincera, debitum præbere famulatum: per
eum qui. etc.

Domine sancte pater omnipotens æternæ deus, pater domi,
ni nostri Iesu Cristi, qui illum refugatum tyrannum de,
putasti gehennæ, quiq̃ unigenitum tuum in hunc mundum
misisti, ut illum leonem contereret rugientem, uelociter
attende et accellera, ut eruas hominem tuis manibus con,
formatum à ruina et doemonio meridiano. Da domine
super bestiam terrorem tuum, quæ exterminauit uineam
tuam et da fiduciam seruis tuis, contra hunc draconem
nequissimum fortiter stare, nec contemnat confidentes
in te, et dicat sicut in Pharaone olim dicebat, deum non
noui, et Israel non dimittam: Vrgeat eum domine